

I  
II  
III  
IV  
V  
VI  
VII  
VIII  
IX  
X  
XI  
XII





<sup>39.</sup> <sup>XXXIX.</sup>  
Carmen Lugubre

Q V O

ILLVSTRISSIMINEC  
NON GENEROSISSIMI PRINCIPIS  
AC DOMINI, DN. IOHANNIS ERNESTI

Principis Anhaltini, Comitis Ascaniæ, Domini Servestæ ac  
Bernburgi, &c. in Christo placidè pieq; defuncti

Viennæ XII. Decembr. Anno

M. DC. I.

*Obitum deplorant*

DESSA ET CIVIS  
illius quidam.



SERVESTÆ

Excudebat Iohannes Schleer,

Anno M. DC, II.

39.



Carsten Ludovic

170

ILLVSTRATIONES

REPTEROSIS SIMILITUDINIS

AD DOMINI. DI. JOHANNIS ERNSTI

Præfationem, Comiti A. Saxe. D. Saxe. Elect.

Præfationem, &c. in Chistophoro p. p. d. d. d.

Y. Saxe. XII. P. Saxe. Anno

M. DC. L.

Optimus d. p. p. d. d. d.

DESSA ET C. P. S.

hinc d. d. d. m.




SERVATUM

Exemplar Johanne Schiller

Anno M. DC. L.







## Carmen Lugubre.

CIVIS.



*ESSA* quid incedis pullata?  
quid Aula, quid Aedes  
Designant atris vestibus? un-  
de fit hoc?

DESSA.

*Proh dolor! Ignoras, quàm luctus acerbus edaxq̄  
Acciderit domui stemmatis Ascanidum!  
Princeps IOHANNES ERNESTVS  
strenuus Heros,  
Mortuus est, duplex Martis & Artis honos.  
Quem sperabamus reducem victricibus armis  
Huc fore: lugendus nunc iacet ante pedes.  
Hic iacet ante pedes, qui saluus ab hoste redibat:  
Cui nec Turca ferox, nec Scythia terror erat.*

CIVIS.

A 2

Illere



Illene, qui Patria pro viribus ergo tuenda  
Conscripto petijt milite Pannoniam?  
Postquam sedecies centenus iniverat annus  
Et primus, Christi tempora prima notans.  
Et qui, cum IVNi vicesima nona veniret,  
DESSAM linquendo letus inibat iter?

### DESSA.

Ipsus is est, Heros invicta robore dextra,  
Rerum militiæ gnarus & arte potens.  
Non obiter norat, ceu fit, sed habebat in usu,  
Tempore quid ferrent bella, quid arma loco.  
Propugnatoris Patria, si fata tulissent,  
Non dedignandus nomen habere sua.  
Nam non septus erat vulgari robore mentis,  
Ac peragebat opus fortiter omne suum,  
Fortiter, intrepide, constanter & acriter omnem  
Eventum excipiens, quem sibi fata dabant.  
Et tamen haud temere sua sed prudenter agebat,  
Non nisi suscipiens præmeditata probe.  
In statione sua talem se gessit, ut omnes  
Hac cumulent ipsum laude, fuisse virum.  
Anno sedecies centeno, belligerante (RICIO,  
ALBERTO Austriaco cum Duce MAV-  
Visus



*Visus ad OSTENDAM, cōpulsis rebus in ar-  
Dispulsaq; acie, nolle referre pedem: (ctum,  
Sed trepidum retrahens animosis vocibus agmen  
Hostiles versa sorte fugare manus.*

*Atq; ita NASSOVIO Comiti comes iuit in ar-  
Fidus, & inuictam consociavit opem. (mis  
Pōst ubi Dux iussu RV DOLphi Caesaris ipse  
Cum Legione sua venit in Vngariam.*

*ALBAE REGALIS conscendit mœnia primus,  
Restituitq; illam Caesaris imperio.*

*Quamvis interdum fuit in discrimine magno  
Hostibus oppositus cum Legione sua:*

*Attamen infestos animosè depulit hostes,  
Acriter urgendo vertere terga retrò.*

*Aenea non metuit tormenta, nec horruit enses,  
Sed gladium medio strinxit in hoste suum.*

### CIVIS.

*Ergò dolendum, nos orbatos Principe tanto,  
Qui Bellatoris scivit obire vices.*

### DESSA.

*Verè lugendus nobis Dux inclytus armis  
Debebit lacrymas morte ciere sua.*

A 3.

Vita



Vita super tibi erit, cum tempora dura requirent,  
Tales afflictis rebus habere viros.  
Multos invenias, qui tempore pacis ad arma  
Clamant, & linguis nil nisi bella crepant.  
At ubi res perageda venit, tum more Thraſonis  
Eminus atq; extra tela manere volunt.  
In promptu ratio est: quia pulveris afficit horum  
Nares sulphurei fumus odorq; gravis.  
In medios noster Princeps sese intulit hostes,  
Non fugiens gladios, arma, grauesq; globos,  
Cū Legione sua, quam fidam expertus in armis  
Princeps laudavit, morigeramq; sibi.  
Paucos invenies, quos tanta peritia belli  
Commendet: quos huic equiparare queas.  
Sunt quidē adhuc aliqui similes virtutibus illi,  
Non modò prestantes Marte, sed arte simul.  
Sed queror hic numerū, quod fiat valde minutus  
Tempore quo crescunt iuncta pericla malis.  
Auctibus increſcunt funesta pericula Martis:  
Contra mors perimit fortia corda virum.  
Non divinandum est: docet Experiencia rerum  
Temporis in primis certa Magistra sui:  
Quòd iam sit tantis Germania cincta periclis,  
Quantis vix unquam, dum stetit, ante fuit.  
Hanc



Hanc ex Occasu petit insensissimus hostis  
Αιμαχουδ toto notus in orbe sua.

Hispanus, quo non vivit crudelior ullus,  
Quem Sol aspectat luminis ore sui.

Ex Oriente petit nos bello Turca cruentus  
Pannonicos miserè depopulatus agros.

In Patria fines invasit, & oppida cepit  
Munita, arcendis hostibus opposita.

Qui fœdum excidium Patria nobisq; minatur,  
Ni Deus auxilium suppetiasq; ferat.

### CIVIS.

Ergo non tantum deposcent secla futura,  
Hac ipsa armigeros postulat hora viros,  
Qui possint hostes hos debellare superbos,  
Et valeant armis arma domare suis.

### DESSA.

Hos inter Princeps noster virtute fuisset  
Nequaquam minimus posteriorue alijs.

### CIVIS.

Ergo dolendum, nos orbatos Principe tanto,  
Qui Bellatoris scivit obire vices.

DESSA



## DESSA.

Præterea fuit insignis pietate Fideq̃,  
Imbutus vera cognitione Dei.  
Articulos Fidei discretè noverat omnes,  
Quos confirmavit vox manifesta Dei,  
In controversis ad Biblia sancta recurrit,  
Ut sanum sensum promeret inde sibi.  
Sapè loquebatur de Relligione Fideq̃:  
Nam solers inerat mentis acumen ei:  
Valdè piè, argutè, sanctè, sapienter, acutè:  
Vnde excellens vis claruit ingenii.  
Nō hominum voluit placitis applaudere vanis,  
Quæ Papa Romanus suscipienda dedit.  
Omnia pro falsis habuit contraria Verbo,  
Posse negans certam constabilire Fidem,  
Spemq̃, Fidemq̃, tibi tantum fiducia CHRISTI  
Adidit, unde salus vera venire queat.  
Non meritis operum reparari posse salutem  
Credidit: in Christo se requiescere ait.  
Luce duodecima tandem fulgente DeCe Mbrls,  
Anno, què modò vox dicta DeCe Mbrls habet.  
In Christo placidè defunctus in urbe Vienna  
Latius cœlestem transit in patriam.

Illic



*Illic exultat superata morte triumphans  
Unius ac trini Numinis ante thronum.*

### CIVIS.

*Vix teneo lacrymas, ita mens mihi mæsta dolore  
Ex immaturo Principis occubitu. (est  
Vixit enim tantum viginti quatuor annos  
Detractis septem, mensibus inde prius.*

### DESSA.

*Prematura quidem nobis mors ista videtur:  
Sed voluit nutu sic Deus esse suo.  
Qui solet ex mundo iustos auferre maligno,  
Ne mentes vitijs conscelerentur ibi.  
Et satis ad cælum illius maturuit atas,  
Qui Christum cœpit nosse, fideq; tenet.  
In cælo Patria est: hic non est mansio fixa: (MEL:  
Hoc manet: EST HOMINI MORS OBEVNDANDA SE-  
Dives, inops: Humilis, celsus: Rudis atq; peritus:  
Rex: Princeps: Comes & Nobilis atq; Baro:  
Rusticus & civis: Celebs & Coniugus unâ:  
Femina virq;: Puer: junior ac senior.  
Cuiuscunq; modo sortis seu conditionis:  
Omnes sub leges Mors vocat una suas.*

*Ergo*



*Ergò cum mortis sit inevitabile fatum,  
Vivat ad hoc semper quisq; paratus iter.*


## CIVIS.

*Nunc igitur Princeps, quem commendavit a-  
Virtus augustis conspicienda notis: (bunde  
Facte Dei Fili suavi requiesce culibi:  
Omnibus hac nobis ingredienda via est.*

Johannes Starck M.  
Oschaciensis,













Be 231.

8

Db.

ULB Halle 3  
002 690 756



56.


VD77











<sup>39. XXIX.</sup>  
Carmen Lugubre

QVO

ILLVSTRISSIMINEC  
NON GENEROSISSIMI PRINCIPIS  
AC DOMINI, DN. IOHANNIS ERNESTI

Principis Anhaltini, Comitis Ascaniæ, Domini Servestæ ac  
Bernburgi, &c. in Christo placidè pieq; defuncti

Viennæ XII. Decembr. Anno

M. DC. I.

*Obitum deplorant*

DESSA ET CIVIS  
illius quidam.



SERVESTÆ

Excudebat Iohannes Schleer,

Anno M. DC, II.

40

39.

